



cincinnus, **i.** subs. **m**, ETYM κίκιννος. DLAT cincinnalis, cincinnatus, cincinnosus. [FREQ humilis 24 ^{indicia} 1,4 ^{/d.c.m.} 200 PLAUT] uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter lyricis aptum, et prosa et uersu, omnibus usibus; et technicis satis inuenitur; inde a saec. III aec. apparet et, quamuis non abundans, omnibus Romanis cognita fuit.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	exponendo	6	2
	narrando	6	1,1
	argumentalis	8	1,2
	dramatica	1	2,2
	satirica	2	10
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	I aec.	5	1,8
	I-II ec.	4	1
	III-V ec.	13	1,4
DIAPHASICA	quotidiana	1	1,7
	media	21	1,6
	docta	1	0,48
DIASTRATICA	litteraria	16	1,2
	technica	7	2,5
MODUS	prosa	19	1,3
	uersu	4	2

¶ capillorum anuli siue flexus, saepe ipsi capilli • bucle o mechón de cabello, y frecuentemente el cabello mismo [HYPER capillus^a HYP ↗ antiae, bostrychus^a, cirrus^a SIM anulus^c, spira^d] 200 PLAUT Truc 287. Abire hinc ni properas grandi gradu, iam hercle ego istos fictos compositos crispas cincinnos tuos unguentatos usque ex cerebro exuellam. 30-22 VITR 4.1.7. capitulo uolutas uti capillamento concrispatos cincinnos praependentes dextra ac sinistra conlocauerunt. 100-128 Iuv 6.492. altior hic quare cincinnus? 250 COMM Ins 2.14.5. ornas et ad speculum cincinnos fronte reflexos. 390-406 VULG Iudith 16.10. conligauit cincinnos suos mitra ad decipiendum illum. VIND Gyn rec M.1. Antie sunt cincinni dependentes prope auriculas greco uocabulo ab auribus. Cincinni sunt cornua id est reflexiones comarum uel cristarum. Cincinnus qui et cirrus est reuolutus capillus et reflexus. PS DOSITH Mon 174a. postruches cincinni. Vat 427. ἑλικες, περιπλοκάδες, cincinni, caprioli. GLOSS 2.258.53. βόστρυχος, 3.174.52. cincinni βόστρυχες, 3.247.10. cincinni βόστρυχοι, 2.329.24. cincinnus id est capilli, 5.178.16. cincinni capilli dependentes de capite mulierum, 3.427.62. cincinni, caprioli ἑλικες, περιπλοκάδες.

uocabulum publicum et quotidianum in similitudinibus apparet • por ser palabra común y cercana, fue utilizada en comparaciones 37 VARRO Rus 1.31.4. coliculus uiteus intortus, ut cincinnus. 300-350 PLIN Med 2.6. flores uel cincinnos de auellana colligis. SERV Aen 12.89. cornua ... sunt proprie cincinni. ISID Orig 17.5.11. Capreoli dicti quod capiant arbores. Sunt enim cincinni siue uncinuli quibus se innectere uites et suspendere solent arboribus.

PATR apti delicatis mollibusque uidebantur • constituían un signo de amaneramiento en la persona que los ostentaba 55 CIC De orat 3.100. in oratoris aut in poetae cincinnis ac fuco offenditur. CIC Pis 25. Erant illi compti capilli et madentes cincinnorum fimbriae. 121 SUET Aug 86.2. Maecenatem suum, cuius «myrobrechis», ut ait Augustus, «cincinnos» usque quaque persequitur et imitando per iocum irridet. 125 APUL Met 8.24. cinaedum, caluum quidem sed cincinnis semicanis et pendulis capillatum. 198-204 TERT Cult fem 2.7.1. Aliae gestiunt in cincinnos coercere, aliae ut uagi et uolucres elabantur, non bona simplicitate.

CHRIS Antiquo Testamento cincinni memorantur eius qui ante dilectae domum per noctem rore sese tingerunt • en el Antiguo Testamento, se mencionan los rizos empapados de rocío de quien pasa la noche ante la casa de su amada 390-406 VULG Cant 5.2. caput meum plenum est rore et cincinni mei guttis noctium.

ut saepe, hos libros uertendi difficultas id induxit, ut differentiam inter cincinnum ad capillos pertinentem, fimbriam ad uestes, clararet • como en tantas ocasiones, la dificultad de traducir la Biblia fue evidente, lo que llevó a aclarar que cincinnus era parecido a fimbria 'franja o borde', aquella en los cabellos y esta en las vestiduras 398 HIER Epist 71.1. ne fimbriam Saluatoris, ne cincinnos eius ... aliquando dimittas. 410-415 HIER In Ezech 3.8.10. Pro cincinno, Septuaginta transtulerunt κράσπεδον, id est fimbriam: quorum alterum in capillis, alterum in uestibus accipi solet.

VOCABULA SIMILIA PER AETATES DIGRESSA. Cincinnus [1.5.4.13] uocabulum est quod publice usitabatur, at cirrus [0.1.12.16] posta saepe apparuit ut uox communis; Capronae [1.0.1.0] magis Latina uidetur, solis grammaticis usitata; antiae [0.0.0.2] et bostrychus [0.0.0.2] a Graeco commodatae sunt paucissimis indiciis • cincinnus [1.5.4.13] era la palabra más comúnmente utilizada para este significado, aunque cirrus [0.1.12.16] se incorporó luego en un uso normalizado y no escaso; capronae [1.0.1.0] es palabra más genuina de la lengua latina, aunque muy poco utilizada si no es por anticuarios, en tanto antiae [0.0.0.2] y bostrychus [0.0.0.2] fueron préstamos del griego con poca incidencia.